

Abtch

13316-

Nos Franciscus Iosephus Primus,
divina favente clementia Austriae Imperator, Hungariae,
Bohemiae, Lombardiae et Venetiarum, Dalmatiae,
Croaciae, Slavoniae, Galitiae, Lodomeriae et Illyriae
Rex; Archidux Austriae; Magnus Dux Cracoviae; Dux
Sontharingae, Salisburgi, Styriae, Charinthiae, Carni-
oliae, Bucovinae, superioris et inferioris Silesiae,
Magnus Princeps Transilvaniae, Marchio Moraviae,
Comes Habsburgi et Tirolis etc.

Notam testatumque omnibus et singulis, quorum in-
terest, tenore praesentium facimus. Postquam Nos
et Sua Majestas, Sardiniae Rex, necessarium judi-
cavimus, conjunctionem viarum ferrearum terri-
torio Austriaco atque Sardo construendam, pecu-
liari conventionem ordinandam certamque reddenda
esse. Nos in hunc finem Plenipotentiarios
Nostros, nominavimus atque hinc nominamus
fidelem Nobis dilectum Suedovicum Equitem
Negrelli de Moldelbe, Ordinis Nostri coronae fer-
reae tertiae classis Equitem, Consiliarium Nostrium
ministerialem et Inspectorem generalem viarum
ferrearum, et fidelem Nobis dilectum Vincentium
Maly, Juris utriusque Doctorem, Consiliarium
Nostrium Sectionis, plenamque illis vigore prae-
sentialium facultatem et potestatem impertimus,
cum plenipotentiaris vel plenipotentiaris a Ma-
jestate Sua, Sardiniae Rege denominandis, ad
prenotatum finem conferendi, condiciones deli-
berandi ac stabiliendi, ipsamque conventio-
nem concludendi et signandi, verbo Nostro



Caesaria - Regio spondentes, Nos ea omnia,
quae dicti plenipotentarii Nostri ad normam
mandatorum Nostrorum egerint, concluserint
ac signaverint rata grataque habituros fide,
literque executioni mandatuos fore. Quorum
in fidem majasque robur praesentes pleni-
potentiae tabulas manu Nostra signavimus
sigilloque Nostro Caesareo Regio adpresso fir-
mari jussimus. Dabantur in urbe Nostra
Principali Vienna, die duodecima mensis
Maji anno Domini millesimo octingentesi-
mo quinquagesimo sexto, Regnorum Nostrorum
octavo.

Franciscus Josephus. mps.

Lomes. a. Troul Schauenstein mps.

Ad mandatum Sacrae Caes: et
Regio Apostol: Majestatis proprium
Ignatius Eques Rickmann a. Palmrode.
mps